



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Ad quos pietas se extendat. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

ARTI C. I.
Vtrum pietas se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum?

535

3 d. 33 q.

3 ar. 4 q.

1 cor. 9

ad 2. 9

1 Tim 4.

lect. 2. 9

co. 1.

* cap. 1. a

med. 10. 5

† lib. 1. c.

32. parū

ante me-

diū, 10. 3.

* lib. 1. c.

30. parū

ante me-

diū, 10. 3.

* lib. 8. c.

11 et 12.

10. 5.

† glos in-

terl. ibid.

* lib. 2. de

Inuēt. in

fol. 4. an-

te fin. lib.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod pietas non se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum. Dicit enim Augustinus in 10. de ciuitate Dei *, quod pietas proprie Dei cultus intelligi solet, quam Graeci Eusebiam vocant. Sed Dei cultus non dicitur per comparisonem ad homines, sed solum ad Deum. Ergo pietas non se extendit determinate ad aliquas hominum personas.

Q 2 Præterea, Gregorius dicit in 5. Moral. † Pietas in die suo conuiuium exhibet, quia cordis viscera misericordiae operibus replet. Sed opera misericordiae sunt omnibus exhibenda; ut patet per Augustinum in 1. de doctrina Christi. Ergo pietas non se extendit determinate ad aliquas speciales personas.

Q 3 Præterea, Multae sunt aliae in humanis rebus communicationes, præter consanguineorum & concinuium communicationem: ut patet per Philosophum in 8. Ethic. * Et super quamlibet earum aliqua amicitia fundatur, quae videtur esse pietatis virtus: ut dicitur glossa 2. ad Timotheum 3. super illud, Habentes quidem speciem pietatis. Ergo non solum ad consanguineos & concinuios pietas se extendit.

SE D contra est, quod Tullius dicit * in sua rhetorica, quod pietas est per quam sanguine iunctis, patriaeque beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus.

RESPONDEO dicendum, quod homo efficitur diuersimodè alijs debitor, secundum eorum diuersam excellentiam, & diuersa beneficia ab eis suscepta. In utroque autem Deus summum obtinet locum, qui & excellentissimus est, & est nobis essendi & gubernationis primum principium. Secundariò verò nostri esse & gubernationis principia sunt parentes & patria, à quibus, & in qua nati & nutriti sumus. Et ideò post Deum est homo maximè debitor parentibus & patriae. Unde sicut ad religionem pertinet cul-

tum Deo exhibere, ita secundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus & patriæ. In cultu autem parentum includitur cultus omnium consanguineorum: quia etiam consanguinei ex hoc dicuntur quod ex eisdem parentibus processerunt: ut patet per Philosophum in 8. Ethic. * In cultu autem patriæ intelligitur cultus omnium conciuum, & omnium patriæ amicorum. Et ideo ad hos pietas principaliter se extendit.

li. 8. c. 12.
tom. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod in maiori includitur minus. Et ideo cultus qui Deo debetur, includit in se, sicut aliquid particulare, cultum qui debetur parentibus. Unde dicitur Malach. 1. Si ego pater, ubi est honor meus? Et ideo nomen pietatis etiam ad diuinum cultum refertur.

Ad secundum dicendum, quod sicut Aug. dicit in 10. de ciuit. Dei, More vulgi nomen pietatis etiam in operibus misericordie frequentatur. Quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri precipue mandat Deus, quæ sibi præ sacrificijs placere testatur: ex qua consuetudine factum est, ut & Deus ipse pius dicatur.

li. 10. c. 1.
à medio
tom. 5.

Ad tertium dicendum, quod communicationes consanguineorum & conciuum magis referuntur ad principia nostri esse, quam aliæ communicationes. Et ideo ad has nomen pietatis magis extenditur.

A R T. I. C. I. I. *Utrum pietas exhibeat parentibus sustentationem?*

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod pietas non exhibeat parentibus sustentationem. Ad pietatem enim videtur pertinere illud præceptum decalogi, Honora patrem tuum & matrem tuam. Sed ibi non præcipitur nisi honoris exhibitio. Ergo ad pietatem non pertinet sustentationem parentibus exhibere.

336

¶ 2 Præterea, illis homo debet thesaurizare, quos tenetur sustentare. Sed secundum Apostolum, ut habetur 2. ad Cor. 12. filij non debent thesaurizare.

K k 3 pa-